

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Fecht Carl Arnd

## **Theses Ex Universa Theologia Morali Selectae**

Rostochii: Wepplingius, 1695

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74091247X>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Dez. 1695

Fechtius, Johann

Arndius, Car.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn74091247X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74091247X/phys_0004)

DFG

THESES  
EX  
UNIVERSA  
THEOLOGIA  
MORALI  
SELECTÆ.

QVARUM PARTEM ULTIMAM

D. B. 3.

CONSENTIENTE R. FAC. THEOLOGICA,  
*Sub PRÆSIDIO*

JO. FECHTII, D.

ET PP. CONSISTORII DUC. ASSESSORIS,  
ET DIST. ROSTOCH. SUPERINT.

PRO PUBLICO EXERCITIO

VENTILANDAM PROPONIT,

AD D. XXI. DECEMBR. A. M. DC XCV.

CAROLUS ARNDIUS ;  
GUSTROVIENSIS.

ROSTOCHII.

Typis JOHANNIS WEPPINGII, Acad. Typographi

THESES  
UNIVERSITATIS  
THEOLOGIAE  
MORALI  
SELECTAE  
AVARUM PARTIM ET LITAM  
D. A. CONSENTIENTER. FAC. THEOLOGICIS  
JULY 1650  
IO. RICHTER.  
ET EP. CONSISTORII DUC. ASSISTORIS  
ET DIR. RICHT. SCHWARTZ.  
PRO PUBLICO-HYRCIO  
VINTANDAMONIMENTI  
D. J. DE DECERNIS. ET M. DE ZE  
CAROLUS ARNOLDUS  
CATHARINA  
POTTHOFF  
LUDV. VON WILHELM. ET THOMAS

# THESES EX THEOLOGIA MORALI.

XV.



Apilos adscitios non tam ad ornandum caput  
quam protegendum adversus frigoris injurias, re-  
fecta luxuriā & necessitate valetudinis id reqviren-  
te, gerere & qvēlicet, ac cætera membra concinnis  
indumentis & ex ornare & contra varios casus mu-  
nire. Si enim aliorum animalium pelles, utpote  
ocreas & calceos & thoraces, pedum nostrorum & tibiarum  
& pectoris pellibus, ne injuriis pateant, superinduere & hos ip-  
sos calceos & ocreas & thoraces puchris coloribus & himbris  
& eleganti figurâ decorare, totum corpus verò adversus hy-  
emis asperitatem vulpium, luporum, ursorum, felium, lepo-  
rum, mustelarum, ovium, martium, sobellarum, aliorum-  
que animalium crinibus circundare possumus, cur non & cri-  
nibus nostris addere crines, vel ex aliis animalium crinibus ar-  
te factos, vel ab aliorum hominum capitibus abscisso & nisi  
aliorum usibus applicarentur, in inutilem favillamabituros,  
ob eandem rationem?

XVI. Inter axiomata, Ecclesiæ in Symbolo tributa, sanctitas est: credo Ecclesiam sanctam. Intelligitur primariò sanctitas nobis imputata. Qui enim sancti sunt, sancti sunt in Christo Jesu, Phil. I. i. Sanctum autem esse εν χριστῳ, plus dicit quam sanctum esse διὰ ιησοῦ χριστοῦ. Hoc enim intelligi poterat de sanctitate, meritorie à Christo effectâ. At in Christo sanctum esse est quasi Christo inexistere & unam cum eo quoad sanctitatem personam sustinere. Ut itaque ob imputationem justitia in Christo facti esse dicimur, II. Cor V. 21. ita & Christus nobis factus est ob eandem imputationem αγιασμός, sanctificatio, I. Cor. I. 30. Secundariò in Symbolo respicitur sanctitas inhærens, ex imputatâ, tanquam vivo perenniæ fonte, profluens. In cuius enim corde Christus per fidem habitat, is in

E

charo

~~charitate radicatur & stabilitur.~~ Eph. III. 17. 18. Fœda quidem  
Pontificiorum calumnia est, nullos dari in Lutheranâ Ecclesiâ san-  
ctos, sed cavendum tamen nobis est, ne criminandi nos justam  
iis porriganus causam. Plurimi, immò innumeri in sanctitate  
Christi imputatâ ita vanâ persuasione conqviescunt, ut sanctita-  
tem nobis insitam vel pro commento Pontificiorum habeant,  
vel certè pro nugis recentissimorum, qvos vocant, Pietistarum.  
Non sine bonorum dolore istæ Satanæ artes, qvibus hodiè per-  
sonam suam in mundo agit, adspiciuntur, qvando nonnullis san-  
ctitatis imagine ita illudit, ut eandem vel in opinationibus singu-  
laribus, Ecclesiæ, quamdiu stetit, invisis, vel in contemptu &  
odio omnium aliorum, qvi ipsorum sacra non amplectuntur, col-  
locent, mundo hoc pacto se mori arbitrântes & dum hominum  
Societatem, tristem ubique mentientes vultum, cane pejus &  
angue fugiunt, sese ipsos abnegare, carnemque suam crucifige-  
re, vanissimi hypocitæ sunt persuasi ; sed è contrariò, qvi non  
videt, iisdem mille artificis technis in plenum Libertinismum, vi-  
am ad Atheismum sternentem, plures eorum, qvi scopolos illos  
evitare cupiunt, præcipitari, nihil equidem videt. Ipsum pie-  
tatis sanctitatisque nomen suspectum est, pessimisque moribus,  
qvos, qvia sanctitatis perfectionem assequi non possumus, im-  
becillatum humanarum nomine speciosè vestimus, sedulò  
adnitimus, ne lectario isthoc, qvod hodiè grassatur, malo ti-  
tuloque collutulemur. Hæc serio consideremus, veræque san-  
ctitati ex animo studeamus, ut in pudorem qvorumlibet syco-  
phantarum criminatio conjiciatur

XVII. Si, qui sumo imperio in Rep. gaudet, falsam religionē  
in eandē introducat, vi eidem per conscientiam resisti non debet,  
juxta gravissimum Apostoli effatum : *qui resistit potestati, ordinationi  
Divina resistit, qvi autem resistunt, sibi ipsis iudicium acquirunt.* Rom.  
XIII. 2. Qvod si religio tibi inter heterodoxos salva non relinqui-  
tur, exeundum est regione, præcipiente Christo : *cum persequen-  
tur vos in civitate istâ, fugite in aliam.* Matth. x. 23. Si denique nec  
leibile emigrationis beneficium conceditur, ut in Galliâ nuper-  
tim factum, cruentum pro Christo & gloriosum martyrium præ-  
apostolâ eligendum est, cogitandumq; illud: *qui perdidit ani-*  
*mam*

*mam suam propter me, inveniet eam.* Matth. x. 39. Sed quid faciendum, si conceditur religionis exercitium sub certis conditionibus, utpote ne vel nominentur adversarii, vel non imputentur iis errores per consequentias, vel planè non refutentur, vel ut qvædā in ipsorum religione aut omittantur, ut exorcismus & cantica nonnulla, aut immutentur, ut festa & Calendarium, aut denique jubentur qvædam in suâ religione, ad dogmata pertinentia, planè abjicere & adversariorum placitum amplecti? Ceu cum interdicitur, ne in matrimoniali judicio in casu adulterii pro dissolutione matrimonii quo ad vinculum pronuncietur; sed tantum pro separatione ad thorū & mensam? Cum comminatione, id nisi fiat, Ecclesiæ ministros pellendos, totamqve religionem immutandam esse. Id planè Reformatis in junxerat Galliæ Rex, ante eorum in isto regno excidium; & nescio utrum non & Argentorati, quo consilia Regis ante aliquot annos inclinasse me non latet; simile edictum fuerit publicatum. Evidem ubi extra teli jaçtum positi sumus & speculationibus tantum Scholasticis indulgemus, parata nobis è vestigio est responsio: nullibi, ne ad horam quidem, cedendum adversariis, eligendum potius ministris exilium, relinquentes esse sine pastoribus Ecclesiæ, Deo rem totam committendam esse, qui cordatos adjuvet, non segnes, mollitiem semper magis nocuisse quam masculā animi confidentiam, denique præstare, nullam Ecclesiæ habere, quam multis sui partibus mancam mutilamque. Veruntamen ut Theologorum nomine indigni sunt, qui ad quamvis auram asperiorem fluctuant, qui adversariis, digitum petentibus, manus statim totam porrigunt, qui ora sua, ne quid sequius ipsis obtingat, libentissime ocludunt; & cordata prudentiique renitentia plus saepè quam timida mollitie proficiatur; ita quæ circumpeitione & adstrictâ ad S. Literarum regulas prudentia à serio pioq; Theologo in periculis istiusmodi negotiis versandum sit, extra pericula constitutus difficulter consuluerit. Professus apud me ante aliquot annos est vir quondam celeberrimus, nunc inter cœlitates degens, fati se malignitate adductum, ut in severiori, & si in praxi ea obtineret, innumeræ, etiam florentissimas Ecclesiæ brevi destructurâ sententiâ plurimum mentem suam mutarit. Quam verò

Vero iverat moderationem, prolixè hic recensere institutum  
thesium nostrarum haud permittit.

XIX. Cum Apostolus Neophytum ordinari vetat, I. Tim.  
III.6. immediatè hominem è gentili virâ nuper ad fidem acceden-  
tem, intelligere luculentis argumentis in peculiari exercitatione  
probavit nostras D. Henricus Müllerus. Nec tamen impedit, quo mi-  
nus mediatè quemlibet alium, recens plantatum; einen neugebacke-  
nen / ut Germani loquerentur, id est, inflatum qvidè aptitudinis opi-  
nione sed parum vel informatum, vel roboratum, quales plerum-  
que sunt ætate juniores, intelligamus. Certè D. Calovius noster ad  
hunc locum: Néoφυτος. Hoc etatem respicit, ne recens implantatus  
sit, sive Religioni Christianæ, ad quam conversus forte, sive etiam ijs,  
que ad preparationem ad officium requiruntur. Sed nos pientissimi  
Müllerii nostri querelam, qvanquam prolixiorum, sub jiciemus,  
si forte percellere illa Theologiæ cultorum animos, ne imparati  
facrosancta officia ambiant, posset. Ita ille: Utinam bac ad ani-  
num admitterent suum eligendi pariter & electores, ordinandi & ordi-  
natores! Sic esset, de quosibi gratulari posset Ecclesia Jesu Cbris-  
ti. At, prob Deum immortalem, quot reperiuntur bodie, qui vel  
precibus vel obsequijs vel muneribus vel Marthæ ante Spartam juncti,  
vel modis aliis illicitis sacrume ordinem ambiunt non tantum, sed & ex-  
ambiuni, neophyti in eruditione, neophyti in sancta conversatione, neophy-  
ti in tentatione & afflictione. Ubi vix Academiam ingressi, vix ter qua-  
serve ad præceptorum suorum pedes federunt, vix unam alteramque  
prælectionem Theologicam audiverunt, immo vix Latinae Linguae rudi-  
menta imbibierunt, mox in Postillis ediscendis & coram rudi populo reci-  
sandis noctes dies ve desudant, dein sicuti advertunt, collaudari abs vili  
plebecula vel flexilem vel Stentoream suam vocem, protenus se insinu-  
antes, Simonis vel Marthæ patrocinio usq;, hos illos ve ore & manu delinire  
satagunt, Pastores audire volunt, qui nunquam fuere ovicula, doctores, qui  
nunquam discipuli, duces, qui nunquam milites, bodie in ænopolio, cras  
in suggestu. Von der Kinnen zur Cantzel / sede primi, doctrinâ  
mi, lingua magniloqui, vix otiosi, sermone multi, fructu nulli, dulci gra-  
des, eruditione leves, facie rugosi, lingua nugatorii, contra quos band  
immiterè ignones illud Apostoli; qui alios doces. ipsum non doces & He  
pre

praeceptis suis Postillatoriis, ruditate ac vita improbitate pondus detrahunt omne, opere destruentes, quodore edificant, cælum voce commonestrantes, pede gehennam, linguam Deo, animam consecrantes diabolo. Hac fundi nostri calamitas. Hinc illæ lacryme. Videant istiusmodi electi & electores, quos quantisve periculis atq; neplacato se & gregem, ipsius Dei sanguine redemptum, exponant, reddituri olim rationem stiri & iustitiam viventium atque mortuorum judicii Jesu Christo, qui miseratur Ecclesie sua, jamdiu agonizantis ebeu & tantum non expirantis, propter sanctissimam sua vulnera!.

XIX. Collegialis vel intra privatos parietes vel in loco publico docendi methodus propriè ea est, ubi colloquendo conferendoque partes suas agunt cum Ecclesiæ ministri, tum auditores. Atque hunc morem obtinere hodièque in Collegiorum, ut vocant, in Belgio & alibi congressibus, nec minus in iis Pietatis, ut initio appellabant, collegiis, (qvod postea nomen in Biblica mutatum est), qvæ in nostrâ quoque Ecclesiâ frequentari ab aliquo tempore cœperunt, locum primò habuisse, in vulgus notum & compertum est. Qvando verò ab hac consuetudine ii ipsi, qui eandem primò vel introduxerant, vel acceptam ab aliis exercuerant, ob manifestos, qui ab illâ separari nullâ arte poterant, abusus recesserunt, converteruntqve in meras Scripturarum explicaciones, ab Ecclesiæ ministris pro suggestu vel cathedrâ propositas, nihil aliud per id effectum est, quam ut concionum tantum Ecclesiasticarum numerus augeretur. Qvod institutum mirum non est, primò ob novitatem, ut fit in rebus omnibus, amatum à plurimis frequentatumque, paulò post non minus, ac ordinarias homiliaς Ecclesiasticas, neglegitum & contemptum tuisse. Ut autem in urbibus majoribus, ubi otiosorum hominum ingens est numerus, explicaciones Biblicæ & facilius instituuntur & usum citra dubium, si veris suis limitibus coercentur, planè salutarem & insignem habere possunt: ita in locis minoribus ego quidem persuasus sum, Catecheticas informationes, siim primis existat doctor idoneus & felix, illis Biblicis, plerorumque simpliciorum captum superantibus, longè esse fructuosiores. Qvod & ipsa mihi in pluribus Ecclesiis experientia confirmavit. De Collegiali docendi mo-

do aliquando in nostrâ Academiâ scripsit D. Schomerus: Hunc  
spernendum non esse duco, si abusum poterit & discordiam docentium  
evitare; id verò si obtineri nequit, ea via eligenda est, quâ veritati  
pariter & paci prospicitur. Nempe plurimi cœlum libentius terræ  
miscent & cum collegis in factiones Ecclesiæ exitiosas scinduntur,  
quam ut de more novo, semel cœpto & forte parum successus  
habente, remittant, elegantqve alium, cum pace pariter & ve-  
ritate conjunctum, omnium qvippe consensu jamdiu approba-  
tum & in usum deductum. Edita qvidem ante quadriennium  
est celeberrimi suo tempore Theologi, Martini Bucerii, Defensio  
Collegiorum pietatis, Germanico idiomate conscripta. Nihil  
propemodum hodie est, qvod in patrocinium horum collegio-  
rum dici queat, qvin in hoc scripto fuerit adductum. Perscri-  
ptum tamen haud ita pridem ad me ab amico haud vulgari est, de-  
latas esse Argentorato ad Theologum qvendam schedas plures  
Mscas, non judicium tantum Bucerianum de Collegiis illis, sed  
& contradictiones aliorum Theologorum Argentoratensium,  
nominatim Casp. Hedonis, eorumqverationes, qvare cum Bucero  
hac in re consentire non possint, uberrimè complectentes. Quæ  
citra dubium causa est, cur superiore seculo nihil de hoc negotio  
emanaverit in publicum. Sitamen scripta hæc evulgarentur, fo-  
re sperandum esset, ut utriusqve partis fundamenta solidius omni-  
bus & clarius paterent. Adeò scilicet hoc institutum, nec ante  
sesquiseculum, omnium piorum prudentumqve virorum ap-  
plausum usqueqvaqve potuit mereri.

XX. Benedictio sacerdotalis non pertinet qvidem ad con-  
jugii, qvâ talis, essentiam, tamen ad essentiam conjugii Chri-  
stiani, seu ad existentiam ejus, qvâ omnibus modis honestum,  
pium & Christianum est, illudqve matrimonium refert, qvod  
omnium matrimoniorum primitiva norma & exemplum est,  
Matth. XIX. 4. qvod verò ab ipso Deo, suâqve cœus sacerdotis ma-  
nu fuit consecratum, Gen. II. 22. Qvin nec vel contractum civilem  
vel testamenta moribundorum vel rem qvamcunqve majoris mo-  
menti alias, nisi invocato ante omnia Divino nomine, Juris an-  
cessores valida esse voluerunt; qvantò minus conjugia sine solen-  
ni benedictionis ritu, rata inter Christianos haberi debent? Mos

adeò antiquus est, ut ipsum Christianismum antecedat & in Ju-  
dæorum jam veteri Ecclesiâ vigorem suum habuerit, retinueritq;  
ad hodierna usque tempora. Si Ignatii ad Polycarpum epistola,  
qvod vult J. Vossius, genuina esset, de qvâ jam olim Magdebur-  
genses & postes Rivetus, aliqui non immerito dubitarunt, saltem  
adeò interpolatam & corruptam esse, ut genuina à spuriis discer-  
ni amplius nequeant, judicarunt, eadem consuetudo in primâ  
statim post Apostolos Ecclesiâ citra omne dubium obtinuisset.  
Ita enim ille: *Decet autem ducentes & ductas cum sententiâ Episcopi  
unionem facere, ut sit secundum Dominum & non secundum concupis-  
ciam. Omnia in honorem Dei fiant.*

**XXI.** Christiani hominis vita perpetua pœnitentia; antiquipat-  
tris effatum est. Qui enim quotidiani peccat, quotidiè in se redire &  
peccatum suū Deo deprecari debet. Miserrimi mortalium isti sunt  
qui peccatis commaculatos se esse ignorant, immo inficiantur. De-  
speratus est morbus, quem æger non sentit. Si dixerimus, nos  
peccatum non habere, seducimus nos ipsos, nec veritas est in  
nobis. Qui à peccato, etiam voluntario & malitioso, immunem  
se esse credit, læpe hoc ipso peccatum malitiosum committit, dum  
agnoscere vel ex petulantia vel culpabili negleget tu detrectat, qvod  
agnoscere omnimodo debebat. Qværitur: an peccatorum co-  
ram Deo confessio in quotidianis precibus etiam tum facienda sit,  
qvando quis intra conscientiam suam non perswasus tantum sed  
certus est, se ex deliberatione & malitiosa non peccare. Respondetur,  
supponi, qvod supponendū non erat. Si enim adeò certi  
de eo, qvod voluntariè non peccem⁹, esse possum⁹, cur David pre-  
catur: *errores quis intelligit ab occultis munda me*, Psalm. xix. 13. Qvæ  
qidem directā voluntate committuntur, peccata, ea & animad-  
vertere plerumque & Deum offendere certiesse possumus, non  
item, qvæ indirectā, ut vocant, & interpretativā seu virtuali.  
Sæpe vel omittimus, qvæ omittenda non erant, vel bono animo  
facimus, qvæ facienda non erant, qvæ, qvia ex culpabili ignoran-  
tia omittere non debebam⁹ & debebam⁹ facere. voluntaria  
peccata fiunt, qvamq; ea nos non confittere falsò persvasi simus.  
Nimis adulatur aut carnis suæ infirmitati, aut suggestionibus  
dæmonis, qui occurrentia tantum in oculos peccata & à nobis pris-  
mo

mo statim intuitu animadversa, pro voluntariis & mortalibus pœnatis habet, gratiam Divinam & fidem excutientibus. Aliter vim peccatorū nobis passim Scriptura describit. Eōqve ipso, qvod peccare facile & blanditiis nostris, ac si non peccaremus, decipere nos ipsos possumus, cur non quotidianō contra quotidianos incursus medio, ierā pœnitentiā, uteremur? Cū si in agnoscendis deprecandis que peccatis fallamur, nemini nisi nobis metipsis irreparabile animæ damnum accersamus; si vero peccata, etiam mortalia, confiteamur, quæ forte non habemus, humilitatis nostræ documentum edamus, de quā Petrus scribit; *humilitatem animo vestro insinuate.* Nam Deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam. I. Petr. V. 5.

XXII. Scripsit anno hujus seculi XXIII. *Paulus Tarnovius*, benē meritus de hac Academiā Theologus, de S. S. Ministerio libros tres, ita ubique & quasi in toto orbe cum ad plausu susceptos, ut in hoc argumento à summis infimis tantum non omnibus paginis allegentur. *Libro II. c. XXIII. Q. III. ita loquitur;* *Forma & modus absolutionis semper sit conditionatus.* Quia enim solis vere pœnitentibus tantum impetriri potest & debet absolutione, quinam autem sint vere pœnitentes, soli DEO, cordium scrutatori, certò constat, de quo minister Ecclesie tantum probabiliter ex dictis & factis confitentium colligit, ideoq; nonnisi conditionaliter formari intelligi, absolutione privata & peculiaris potest, quemadmodum etiam in communi & publicâ cōcione nemini, nisi vere credenti, remissio peccatorum annunciatur & impetratur. *Est, qvihanc sententiam prolixè refellit,* cuius rationes in compendio sunt: qvia aliud sit salutaris fructus absolutionis, qvi solis pœnitentibus conferatur, aliud absolutione ipsa ex parte Dei offerentis, qvæ sit universalis; qvia minister Ecclesie teneatur juxta externa, quæ ore & gestibus proferuntur, absolutionem annunciare, interna Deo relinqueret, qvia nec baptizemus, nec cœnam porrigamus conditionaliter; qvia denique periclitaretur certitudo absolutionis, quæ non à pœnitentis contritione & fide, sed à Deo promittente & offerente dependeat. Jam vero si confitentis contritio vel non satis fuerit acris, vel fides imbecillior, facilime adjectâ conditione perterritum incipere dubitare, utrum vere sit absolutus? Addunt alii, qvia nec Christus unquam conditionate absolverit. Verum iniquior est hæc in B. The.

Theologum censura, neque fundamenta censoris firmo stant  
talo. Nam I. *Tarnovius* formam conditionalem non aliam intel-  
ligit, quam qualiter Servator noster, ejusque Apostoli, freqventer  
usi sunt, dicendo; fiat tibi, sicut credidisti; si credis, fieri hoc po-  
test; fides tua te salvum fecit. Quæ formulæ causam & condi-  
tionem in se continent, à quâ remissio peccatorum, vel aliorum  
beneficiorum collatio, suspensa erat, eamque veljam impletam,  
vel mox implendam. Id patet partim ex subjecta Q. XV. in quâ  
ejusmodi formas exempli loco adducit, partim ex comparati-  
one cum absolutione publicâ, ad quam in verbis supra addu-  
ctis provoçat; in quâ formulæ solennes sunt: Ich verkündige  
allen bußfertigen Sündern/die ihre Sünden im Heiligen empfinden  
un bekehren und sich mit bestem Vertrauen an das Verdienst Christi  
halten/die Gnade Gottes und vergebung ihrer Sünden/denen un-  
bußfertigen aber/so lang sie sich nicht bekehren/Gottes Zorn und  
Ungnade. II. Forma absolvendi conditionata vel formaliter vel  
virtualiter talis intelligitur. Dubitandum non est, omnem abso-  
lutionem virtute hanc in se conditionem continere: si absolven-  
dus credit. Probatur hoc ex ipsâ adversarii Tarnoviani, quam  
quam à nobis non concessâ, hypothesi, quod verbum absolu-  
tionis ex parte Dei offerentis, ad morem voluntatis Dei anteceden-  
tis, in se sit universale. At voluntatem Dei antecedentem con-  
ditionem fidei, à DEO omnibus exhibendam, in se complecti, in-  
dubitatum est. III. Nequaquam conceditur, absolutionem pec-  
catorum pertinere ad voluntatem antecedentem. Id enim si ve-  
rum esset, absolutio omnibus peccatoribus, sine omni discrimi-  
ne, etiam flagitosissimis, absolute esset impertienda. nec tam  
solliciti esse deberemus in adhortando Ecclesiæ ministro, ut  
manus ne citò omnibus imponat. Oblatio enim gratiæ, quæ  
est voluntatis antecedentis, ad omnes simpliciter spectat, nemini  
ne excluso. At absolutio peccatorum paucis, id est, pœnitentibus  
tantum impertiiri debet. Ergo est voluntatis consequentis. IV.  
Ratio à Tarnovio adducta immota est: quia minister fidem ejus,  
quem absolvere debet, non certò videre, sed ex dictis tantum &  
factis, iisque saepe fallacibus, probabiliter colligere potest: ergo  
absolutio ejus, nisi positâ fide, invalida est, & positâ demum fide

valida certaque redditur. Hoc autem si verum est, reipsa ab  
solvere non potest, nisi conditionate, id est, positâ non fidei tan-  
tum ad extra professione, sed & ad intra existentiâ. Qvamquam  
itaque minister, etiam juxta Tarnovium, ob fidei probabilem præ-  
sentiam, meritò absolvèt absolvat, hoc tamen non obstante ab-  
solutio, in se conditionata manet, qvia absolutioni ipsius hæc vir-  
tualis conditio semper innexa est: si professione fidei me fallas, non  
absolutus esto. Qvare VI. fructus absolutionis ab absolutione  
ipsa divelli nullo modo potest. Nam & qvi in civili iudicio ab  
impacto crimine absolvitur, impossibile est, ut fructu absolu-  
tionis jure non fruatur; nisi forte constet, immerito absolutum  
esse. VII. Alia planè est ratio baptismi & Cœnæ Dominicæ, in  
qvibus præter fructum remissionis peccatorum, (qvi in his Sa-  
cramentis nonnisi sub conditione fidei offertur) distribuuntur  
alia beneficia, & qvidem absolute & citra omnem conditionem  
fidei aut incredulitatis, utpote in baptismo tota SS. Trinitas, in  
Cœnâ corpus & langvis Christi. Ut taceam, baptismum Cu-  
biculario Candaces Philippum nonnisi sub conditione, si crede-  
ret, administrare voluisse, Act. IIX, 37. IIX. Ut ob conterritas  
conscientias, ubi Ecclesiæ minister causam nullam habet, de ve-  
ritate pœnitentiæ dubitandi, præstat conditionem in absolvendo  
omittere, ne de certitudine remissionis forte ambigat: ita ob con-  
scientias securas, ubi confitens non ministro tantum, sed aliis o-  
mnibus, de impactis ei, sed publicè tamen non probatis, crimi-  
nibus suspectus est, nec is tamen tentatis omnibus ad Icelerum  
agnitionem perduci potest, præstat conditionem adponere, ne  
is putet, absolvèt sibi peccata remissa esse, etsi vel maxime ea  
nunquam agnoverit. IX. Christus καρδιον νόσου in hoc argumen-  
to conferri cum vulgaribus Ecclesiæ ministris non potest; qvam-  
quam ad eum modum, qvo ipse absolvit, & ministrum Ecclesiæ  
absolvere posse, nunquam negaverit Tarnovius.

XXIII. Provocatio ad extremum Christi tribunal in cau-  
sis, ubi justitia nobis in hoc mundo non administratur, non con-  
venit cum dictis & exemplis Scripturæ, Matth. V. 44. Rom.  
XII. 14. I. Tim. II. I. Act. VII. 60. I. Cor. IV. 12. 13. Luc. XXIII. 34.

*rever* FINIS ULTIMÆ PARTIS.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn74091247X/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74091247X/phys_0017)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn74091247X/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74091247X/phys_0019)





Theologum censura, neque fundamenta  
 talo. Nam I. *Tarnovius* formam conditiona  
 lit, qvam quali Servator noster, ejusque  
 usi sunt, dicendo; fiat tibi, sicut credidisti; f  
 test; fides tua te salvum fecit. Qvæ formu  
 tione in se continent, à qvâ remissio pecca  
 beneficiorum collatio, suspensa erat, eamq  
 vel mox implendam. Id patet partim ex i  
 ejusmodi formas exempli loco adducit, pa  
 one cum absolutione publicâ, ad qvam in  
 Etis provocat; in qvâ formulæ solennes su  
 allen bußfertigen Sündern/die ihre Sünden  
 un bekennen und sich mit vesten Vertrauen an  
 halten/die Gnade Gottes und vergebung ihrer  
 bußfertigen aber/so lang sie sich nicht bekehrt  
 Ungnade. II. Forma absolvendi conditione  
 virtualiter talis intelligitur. Dubitandum no  
 lutionem virtute hanc in se conditionem co  
 dus credat. Probatur hoc ex ipsâ adversari  
 qvam à nobis non concessâ, hypothesi, q  
 uoniam ex parte Dei offerentis, ad morem ve  
 dentis, in se sit universale. At voluntatem De  
 ditionem fidei, à DEO omnibus exhibendar  
 dubitatum est. III. Neqvaqvam conceditu  
 catorum pertinere ad voluntatem antecedente  
 rum esset, absolutio omnibus peccatoribus  
 ne, etiam flagitosissimis, absolute esset in  
 solliciti esse deberemus in adhortando Ec  
 manus ne citò omnibus imponat. Oblat  
 est voluhtatis antecedentis, ad omnes simp  
 ne excluso. At absolutio peccatorum pauci  
 tantum impertiri debet. Ergo est voluntati  
 Ratio à *Tarnovio* adducta immota est: qvia  
 quem absolvere debet, non certò videre, se  
 factis, iisque saepe fallacibus, probabiliter  
 absolutio ejus, nisi positâ fide, invalida est,  
 F



mo stant  
 am intel  
 eqventer  
 i hoc po  
 & condi  
 aliorum  
 npletam,  
 V. in qvâ  
 mparati  
 ora addu  
 rkündige  
 npfinden  
 si Christi  
 denen lln  
 Born und  
 aliter vel  
 em abso  
 absolven  
 i, qvam  
 n absolu  
 i antece  
 tem con  
 lecti, in  
 uem pec  
 him si ve  
 discribi  
 nec tam  
 tro, ut  
 tiæ, qvæ  
 at, nem  
 itentibus  
 atis. IV.  
 deme ejus,  
 antum &  
 est: ergo  
 num fide  
 va